

- 5 Quare Mahometus suis nomen Sarracenorum indiderit.  
 6 Sarraceni circumcidunt pueros suos decimum tertium annum agentes.  
 7 Arabes cuncti ab Imaële procedunt.  
 8 Sarraceni non dicuntur à Sara.  
 9 Sarraceni quam Arabia regionem habitaverint.  
 10 De nomine Sarrac., cuiusdam urbis in Arabia.  
 11 Sarraca est nomen duarum urbium.  
 12 Sarraceni distiſſant à Sarraca urbe Arabiae.  
 13 Etymon verbi Sarraceni.  
 14 Designatū verbi Marani.  
 15 De Maranis & urbe Mara, & de oppido Mara, in Arabia.  
 16 De Sarracenis plura remissive.

De Sarracenorum nomine & origine.

### C A P U T IX.

**S**arracenarum nomen in jure Pontificio non semel legitur repetitum sub tit. de Jud. & Sarracen. ut cap. 5. 6. 11. & 12. cum aliis, Clement. unic. eod. tit. extravag. Copiosus, Joan. XII. extravag. Multa, eod. tit. commun. Licet autem plures Hispanas constitutiones de Sarracenis egerint, ut in Parit. sub tit. 25. p. 7. in Ordinam. tit. 3. lib. 8. & inova Recopilat. tit. 2. lib. 8. & l. 17. cum seqq. tit. 26. eod. lib. necnon alibi, tamen eos, Moros, aut Turcos, id est, Mauros, vel Turcas vocitarunt. Hic observare oportet, verbum Sarraceni, &

ad gentem, & ad lectam spectare, ut ex dicendis liquido apparebit: sed in præcitatibus juribus usurpat non pro Arabiae populorum incolis, sed pro illis, qui Mahometi delitatis infecti sunt. Navar. in cap. Ita quorundam, notab. 4. de Jud. & Sarrac. Azor. Institut. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 23. quasit.

3 Præterea sciendum est, quod Mahometus anno Christi 597. in Arabia Felici editus est ex parentibus Ismaelitis, patre scilicet Hali nomine, professione infidelis, matreque Judæa, qui ad annum 620. irruit in orbem, & sub Bonifacio V. Pontifice & Honorio I. ac Heraclio Imperatore per duodecim annos acerimè prævaluuit, usquedam à suis peremptus obiit, quoto suæ ætatis anno, ambigitur ob opinionum varietatem; quidam enim trigeminum quartum non excessisse sentiunt, alii ad quadragesimum perveniente tradunt, de quibus confundendi sunt Spordan. in Epitom. Annal. Baron. part. 2. anno Christi 630. Platin. in vit. Pontifici. Baptisti Egnati. in Epitom. Imperator. Author. Histor. Eccles. tom. 3. lib. 4. cap. 2. in fin. & cap. 7.

4 Sub hoc igitur tempus Arabes Sarraceni (quibus jam Catholicæ Fidei lumen illuxerat anno Christi 591. quo ipsi cum suo Principe Naaman sacro Baptismate insigniti sunt, teste Spondano sup. d. anno 591. num. 2. ubi laudat Evagrium lib. 6. cap. 21.) sub Heraclio Imperatore militaria stipendia merebantur (quos numero quatuor milie fuſſe tradit Marian. Hist. Hispan. tom. 2. lib. 6. cap. 22.) quæ cum iam dementi proſcerent ab eo, cui munus solvendi militibus incumbebat, ille ſi allocutus reſpondit: *Vix eſt unde Greco, & Romano militi salvatur, & hæc canum turba impulerit stipendium efflagitat.* Quibus Sarraceni vehementer succenti ab Imperio Romano deterrere, ac Arabibus ſuppetias ferentibus, in Syria Damascum ceperunt, & Ægypto potiti sunt. Tunc temporis ſupvenienti Mahometo adhaſerunt,

cujus erroribus imbuti sunt, eorumque nomines omnes, quos decipiebat, voluit impius subductor nuncupare, unde nomen Sarraceni, quod gentis erat, ad ſectam ſignificandam tranſiit ut praetere Azor. & Navar. ſup. obſervat Paul. Emil. de reb. geſt. Franc. lib. 2. fol. 39. ibi: *Sarracenorum autem nomen jam non gentia erat, ſed ſectæ. Quid in Sarracenorum decessus effectum videtur, eo quod ipsi reliquos omnes diſciplinâ militari, & potentia longe ſuperabant: quemadmodum Africani Mahometani & Mauritania Africe provincia Mauri appellantur. Alia tamen mens mentiti prophetæ fuſſe videtur, ut ſtatim num. seq. afferetur.*

His præcognitis, expeditius excitatae à D. Covar. quaſionis ſcopum pertingemus. Eſt ergo controverſia circa originem, ieu etymologiam verbi *Sarracenus*, duplexque ſententia reperitur: una edocet, Sarracenos à Sara uxore libera ac domina domus Abrahæ denominari; nam Mahometus inter plurima, quæ ad ſui ac ſuorum commendationem perfide excogitavit, id fudere non erubuit, quod ipi verè ex Abrahamo & Sara procedebant, quibus promiſſio terre à Deo facta eſt cum ab Agar & Imaële eos descendere, ut & Arabes, in comperto apud omnes haberetur. Atque ita nomen conveniens Mahometanis cunctis indit, quod ad Saram progenitricem referretur, quo etiam notam ſervilis ſirpi intendit abolere, ne-glectu Agarenorum, & Imaelitarum cognomine, quod eidem in opprobrium cedebat, ac poſteā à Christianis exprobabatur Sarracenis, ut admotatur in Sylv. ſuar. lection. part. 1. cap. 11. Ad commen-tum iſu Mahometus occaſionem ſumpſit ex Sarracenis Arabiae, qui ut nuper aiebamus, in Ma-hometanorum numerum relatiſunt, quorum no-men ille cunctis ſuæ ſectæ professoribus callidè accommodavit, ut propter vocis ſimilitudinem Saræ liberi putarentur: quod animadverti Navar. ſup. d. notab. 4. num. 3. Præmiffæ opinioni in primis adiſipit lex 1. tit. 25. p. 7. cuius fedulillimi con-ditores magnopere movere nos debent, præſertim quoad res Sarracenorum, quibuscum in Hispania tunc, multiſique retro temporibus commorabantur. In eandem ſententiam abeunt Gregor. Lop. & Montalv. in d. l. 1. Hug. Celf. in ſuo Repertor. verb. Sarraceni, Salian. Annal. Ecclef. tom. 4. anno mundi 3451. num. 24. Abrah. Ortelius in Thesaur. Geographic. verb. Sarracena, Auth. Hist. Ecclef. ubi ſup. Lexic. Calvin. verb. Sarraceni, Aldrete de antiquitat. Hispan. lib. 3. cap. 4. verſ. San Geronomo, ubi D. Hieronymum ac D. Augustinum ſtatiſ laudandos dat. Videas inſra controveſia ſolutio-nem.

Ibi: Addit. Josephus, moris apud eos fuſſe.

In hac verba antiquit. lib. 1. cap. 11. Arabes non octavo die, ut lex præcipit, ſed poſt decimū tertium annum circumciſionem celebrant, gentis ſuæ authorem imitantes. Hujus loci meminit Salian. ſup. tom. 1. ann. mundi 2138. num. 19.

Ibi: Ceterum Sarracenos ab Agar originem habuiffe.

Sic omnes præcitatani animadverturnt, imò & 7 omnes Arabes ab eadem ſirpe proveniunt, ut ex Josepho nuperrimè laudato conſtat, Ismael enim, ejusque

ejusque posteri Arabia potiti ſunt: Salian. tom. 1. anno mundi 2261. num. 1. & 2. Verum Sarracenos Medianitas fuſſe, quibuscum Israelites bella gesserunt, latè probat Aldrete ubi proximè, nixus authoritate D. Aug. quæſt. in Numer. cap. 20. ibi: Medianitæ, qui nunc Sarraceni. D. Hieron. in Ezechiel. c. 25. ibi: Per Medianitæos, Imaelitas, & Agarenos, qui nunc Sarraceni appellantur. Eſt tamen animadverendum, duplēcim à D. Hieronymo memorari Median, quarum unam in deſerto Sarracenorum collocaſt, ab uno ex filiis Abraham, ac Cetura ſic nominatam, cujus incolæ Medianæ dicebantur, alteram juxta Arnonem, & Areopolim, cujus cives Medianitæ dicti, qui feminas Israelites ad turpititudinem ſubjecerunt. Hujus ſolū ruina extant. Sic refert Salian. ſup. tom. 2. anno mundi 2503. num. 21. Calepin. verb. Median. Secundum quæ utramque civitatem confundit Aldrete: & posterior Median, non longe à monte Sinaī conſtituitur à Torniell. Annal. anno 2545. n. 46. Troglodytæ quoque olim Sarraceni nuncupabantur, teſte Abrah. Ortel. verb. Troglodytarum. Sarracenorum mores refert Aldrete ſuprā, verſ. Las costumbres, ex Ammiano Marcellino lib. 14.

Ibi: At de nominis ratione illud for-tassis rem dubiam facit.

8 Si Sarraceni à Sara uxore Abrahæ dicerentur, Sarani deberent nuncupari, non Sarraceni. Hanc eandem rationem expendunt Navar. in d. cap. Ita quorundam, notab. 4. num. 4. Azor. ubi ſup. Sic Saranum oſtrum, Sarrana veſtis, à Sarracene, quæ poſteā Tyrus appellata eſt. Juvenal. Sar. tyr. 10.

— Aut pītæ Sarra ferentem ex humeris aulae togæ.

Virgil. Georgic. lib. 2.

Et Sarra dormiat oſtro.

Abraham Ortelius verb. Tyrus, Cornucop. col. 259. n. 50. Calepin. verb. Sarra.

Ibi: Deinde Plinius lib. 2. cap. 8.

9 Gentem Sarracenam ante Mahometum in Arabia extitisse, nemini dubium eſt, & conſtat ex præmiffis ſuprā, n. 4. eorumque mentio fit ſub annum 791. Gregorio Magno Pontifice; nam Sarraceni Arabiae Siciliam invaſere, Histor. Ecclef. d. lib. 4. cap. 1. Eſt autem Arabia inter Judæum, & Ægyptum, ab uno latere mare rubrum, ab altero timum Perficum habens, ut videre licet tabulis Geographicis Joan. Blev. Abrahami Ortel. Gerard. Mercator. & aliorum. Dicta eſt Arabia ab Arabo Apollinis ex Babylone filio, Cornucop. col. 428. num. 50. Calepin. verb. Arabia. Dividit in Felicem, Petram, ſive Nabathæam, & desertam. Abraham. Ortel. & Calepin. verb. Arabia, Cornucop. ubi proximè, Plin. lib. 2. Licet autem communiter placeat, Sarracenos in Arabia Felici constitutos eſſe, tamen eos in Petram collocaſt Aldrete ſup. verſ. En Arabia Petrea, & conſentire videtur Ortelius verb. Sarracena. Unde forte dici poſſet, Sarracenos utramque Arابیا, cum finitimæ eſſe, incoluisse. Vocatur Arabia pars quædam Petra, à Petra ejuſdem regionis oppido. Sallian. tom. 1. anno mundi 1931. num. 66. verſ. Petrusin. Ortel. verb. Arabia Pe-  
D. de Fatia Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

tra, Calepin, ſup. Eadem dicitur Nabathæa, ſeu Nabatena, à Nabajoth primogenito Iſmaelis, ut ex D. Hieronymo tradit Salian. tom. 1. anno mundi 2261. num. 2.

Ibi: Sarracenos dicta fuſſe à Sar-raca.

Hæc urbs appellatur Sarraca, vel Sarrace, ut 10 notat Ortelius verb. Sarraca. & Paul. Emil. de reb. geſt. Franc. lib. 7. ait: Sarraceni à Sarraco oppido Arabia: quæſi nomen hujusmodi urbis per ſecundam declinationem dicitur.

Sarraca nomen eſt duarum urbium, quarum 11 una in Media altera eſt in Arabia Felici, Ptolem. lib. 6. cap. 2. & 8. Calepin. verb. Sarraca, Ortelius, & Nebrisſensis eod. verb.

Eſt altera opinio adverſus quam tradidimus ſup. 12 num. 5. habens Sarracenos non à Sara Abrahæ con-juge, ſed à praefata urbe Sarraca ſic vocari, quod cum D. Covar. & ab eo laudatis ſuſtinent Azor. Inſtit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 23. quæſt. 1. Navar. in d. cap. Ita quorundam, notab. 4. num. 5. de Jud. & Sarracen. Exposit. titul. Jur. Canon. Abrah. Ortel. in Thesaur. Geographic. verb. Sarraca, Calepin. verb. Sarraceni.

Hanc & alteram jam premissam ſententiam quæ 13 inter ſe videntur diſſidiſſe, quodam diſtinctionis federe in amicitiam trahere conabimur, eternum ſi quererat de illis Sarracenis, qui ante Mahometum in Arabia ſic nuncupati ſunt, procul dubio affe-raudum eſt eos à Sarraca urbe ejuſdem regionis de-nominari, ut D. Covar. & ſequacibus hujus poſte-rioris ſententiae placet. Quod ſi ſeruſit de Maho-motanis, quibus Mahometus Sarracenorum no-men impoſuit, prior ſententia magis arridet, ſecundum notata ſuprā, num. 5. quemadmodum enim no-men hoc aliud ſignificare coepit, ita originem ſuam mutavit, cum ad impostaum foret Mahometanis, ut ſe à Sara progenitos jaſſarent per orbe, ac terre promiſſe à Deo poſſeffores ſe prædicarent, dum Imperatoris, aliorumque Principum provin-cias violenter uſurparent. Nec ſi alia quereretur unde nomen Sarracenorum fortii fuſſent, à Sarraca urbe Arabia ſic dici responderent, ſed à Sara ſuo progenitrice, que ſe maximè nobilitabant. Ex quibus ſatis tueri poterit, etymologia verbi Sarracenus, quæ traditur in d. l. 1. tit. 25. part. 7. modō ea accipiatur non de nativa, & propria verbi origi-ne, ſed de ſubrogata, & accommodatitia, quæ ab eidiſ Sarracenis ad ſuī commendationem circumferbatur.

Ibi: His addere libet Maranos, & Maranitas.

Mara urbs Arabiae Felicis eſt, Ptolom. lib. 8. 14 Geograph. Abrah. Ortel. verb. Mara, Nebrisſensis eodem verbo, ubi quod Metropolis eſt, à qua forte Arabes Marani vocabantur. Maranus pro-apoſtata reperitur apud Calepini. Maranus Hispan. idem eſt, quod excommunicatus, à verbo Syriaco Maranatha. Marian. Histor. Hispan. tom. 1. lib. 6. cap. 7. ad fin.

Maranitarum meminit Abrah. Ortel. verb. Ma-15 ranita, quos in Arabia Felici versus receſſum fi-nus Perfici conſtituit Strab. lib. 16. Fuit quoque in eadem regione oppidum, quod Marane dice-batur, juxta Maris Rubri littore, ut ex Plinio tradi

tradit. Ortel, unde Maranitarum nomen originem trahere verosimiliter conjectari potest.

16 Si quid aliud de Sarracenorū rebus ac nomine indagare placuerit, præter jam laudatos consulendi sunt Cœl. Aug., Curion. *Histor. Sarracen.* lib. 3. Simanc. in *Enchirid. tit. 17. & 18. Pineda in Monarch.* lib. 2. cap. 3. §. 1. Johan. Bohem. lib. 2. de morib. gent. Mathlol. in *Dionys.* lib. 1. cap. 65. Ludovic. Partit. de *Arabia.*

## SUM MARI U M.

- 1 Cretionum observatio in acquirenda hæreditate abiit in desuetudinem.
- 2 Institutio hæreditis cum cretione bodie sustineretur, & rejectis solemnibus cretionum hæritatis posset adiri.
- 3 De cretionis formulis, remissive.
- 4 Cretio quondam ad extraneos hæredes duntaxat spe-  
tabat.
- 5 Qui eloquium non poterant, ut mutus, & infans, immiliter cum cretione instituebantur.
- 6 Verba cretionis coram testibus proferebantur, & certio est inter legis actiones.
- 7 De cretionis continua, & vulgaris discrimine, & num. 9.
- 8 Cernere est quasi decernere, ex D. Isidoro.
- 9 Verbum Cretio, multifariam accipiunt, maxime in Jure pro acquisitione hæreditatis.
- 10 Cernere, pro Adire, sumitur frequenter.
- 11 Sumitur itidem pro Constituere.
- 12 De alia significacione verbi Cerno.
- 13 Cerno derivatur à Creo.
- 14 Jura quedam ad cretionem non pertinere ostenduntur.
- 15 Gratianus error notatur in Decreto.
- 16 Cernere, pro Cedere, nonnunquam usurpatur.

De cretione quæ in institutionibus, & actionibus hæreditatum quoniam solemniter adhibebatur.

## C A P U T X.

1 Crupulosa cretionum observatio, quæ in aditione hæreditatum adhiberi solebat, ab usu recedere jussa est, l. *Cretionum* 17. C. de jur. deliber. l. 1. C. *Theodos.* de matern. bon. Cujac. in *paratit. ff. de acquir. hæred.* Donell. *comment. lib. 7. cap. 18.* Petr. Gregor. *Syntagma. Jur. lib. 46. cap. 2. num. 7.* Rævard. de authorit. prudent. cap. 8. Borcholt. in 8. *extraneis.* num. 5. *Institut. de hæred. qualit.* Lexic. Calvin. verb. *Cretio.* Arnold. Vin. in §. *Item extraneus.* num. 2. *Institut. de hæred. qualit.*

2 Est tamen animadvertisendum cum Donello ubi supra, cretionem non esse sublatam, sed ejus duntaxat solemnitates; unde si quis hodie hæres cum cretione juxta formam ab Ulpiano traditam institueretur, sustineretur dispositio, possetque illa aut aditione nuda, aut gestione pro hærede sibi querere hæreditatem, quod olim instituto per cretionem non licet, sed solemnibus, prescriptisque verbis uti tenebatur. Pichard. in §. *Item extraneus.* num. 31. *Institut. de hæred. qualit.* Arnold. Vin. ibidem, num. 4. ubi omnia præmissa probat. Rursus si absque cretione institutio fieret, posset

nunc cum cretione hæres adire. Donell. sup. nam cretio nihil fuit aliud, nisi aditio solemnis, ut præter Donell. & Vinium tenent Osvald. ad *Donellum* d. cap. 7. lit. I. Bud. in *annotat. prior.* ad *Pandect.* in l. 2. ff. de orig. jur. Olan. in *Paralipom.* lib. 2. cap. 4. num. 7. Petr. Gregor. sup. num. 6. D. Melch. de Valent. *Illustr. jur. tractat. lib. 3. tract. 2. part. 1. num. 43.* Imò cretio quondam omnem modum acquirendæ hæreditatis complectebatur. Cicero ad *Attic.* lib. 6. ibi: *Nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate crevisse.* Liv. lib. 24. sic ait: *Cum clausis Andromodoris insula portis hereditatem regni creverit.* Idem lib. 29. inquit: *Vivo, & spirante me hæreditatem meam ambo & spe, & cupiditate improba crevissi.* Auth. incertus Panegyrici Maximiani, & Constantino Imperatoribus dicti, ibi: *Siquidem ipsum Imperium hoc fore pulchrius judicabis, si id non hæreditarium ex juccectione crevilles, sed virtutibus tuis debitum à summo, Imperatore meruisse.* Ex quibus, sic tenet Rævard. d. cap. 8. in fin. & sequitur Osvald. sup. lit. I. quanquam Cujac. ubi sup. inter cretionem, & additionem discrimen constitutum, inter quas illa solum dignoscatur, ut cretio solemnitates postularet, que in aditione non desiderabantur: nuda enim testatio, aperta tamen ad acquirendam hæreditatem fatis erat, que per cretionem relata non erat. Donell. & Vin. sup. Vide infra, n. 12.

Ibi: *Quæ vero fuerit cretionum hac solemnitas.*

Ulpiano duce de cretionem formulis, ac solemnitatibus differunt Cujac. Donell. ac cæteri laudatius sup. num. 1. Ant. Govean. lib. 1. variar. *lection.* cap. 25. Ant. Concius lib. 1. diff. cap. 12. Briffon. de verb. signif. verb. *Cernere.* Prætei. eod. *tract. verb. Decernere.* Olan. sup. Pichard. ubi proximè, & in §. *Extraneis.* num. 3. *Institut. de hæred. qualit.* Retes, in opuscul. lib. 5. cap. 3. num. 6. & lib. 7. cap. 5. num. 13. Sed cavendum nobis est à *Glossa in d. l. Cretionum,* quia nimis hallucinatus dum de cretione agit, ut monet ibi Gothofred.

Ibi: *Cretio, inquit Ulpianus, est.*

Primo circa Ulpiani verba observandum est 4 cretionem vocari tempus id, quod præscribebat testator, ut hæres decerneret, num sibi expediret hæreditatem amplecti, necne: verum etiam idem verbum ab Interpretibus usurpatum pro actu ipso adeundi solemniter hæreditatem, quo sensu hucunque a nobis acceptum est, & infra accipitur.

Ibi: *Quod datur instituto hæredi ad deliberandum.*

Loquitur procul dubio Consultus de extraneo 5 hærede; nam postquam *in fragment. tit. 22.* de suis & necessariis hæribus sermonem perficerit, ad extraneos deveniens, tunc cretionis meminat in §. *Extraneus hæres,* & ita cum eo sentiunt communiter omnes, quod dedimus supra. Sed dubitari poterit, an sui hæredes cum cretione quoniam potuerint instituti? Et affirmativa sententia suaderi videtur ex eo quod forma ab Ulpiano tradita recte in suis hæribus observaretur: aut enim cretio vulgaris erat, & tunc illa conditio

*Si intra tot dies creverit, effet potestativa, ut per se notum est, cum tempus non laberetur, nisi hæres posset hæreditatem cernere, seu adire: hæres autem suis sub tali conditione jure institueratur, l. *Suis quoque 4. ff. de hæredib.* inst. §. *Qui sub conditione,* ff. *Si quis omis. causa testam.* ubi ratio redditur, quia ejusmodi conditio pro pura haberi debet. Idem dicendum est de continua cretione, quia testator exhaeredem facit institutum, ut expressum inquit Ulpianus, si infra terminum defuimus non creverit: omnis vero hæres suis permittebatur etiam sub casuali conditione institui modo in ejus defectum fore legitime exhaeredatus, l. *Filius à patre 28. ff. de liber. & posthum.* l. *Si pater 4. C. de Institut. & substitut.* Quibus perennis nil vetabat, ut filius in potestate per cretionem quamlibet institueretur, Asseverandum tamen est ad mentem Ulpiani, ac ejus interpretationum suos hæredes per cretionem instituere moribus non fore receptum, nec verba cretionis eis poterant adaptari, qui hæreditatem non cernebant, seu adibant, sed per immixtionem; & dominii continuationem antecessoribus succedebant: unde suis existentibus hæribus hæritatis non dicebatur, l. *In suis 11. ff. de liber. & posthum.* l. *In suis 14. ff. de suis & legitim. hæred.* Ex quibus verba dispositionis non conveniebant, nec ipsa dispositio potuit comprehendere, argumento legis 4. §. *Toties, ff. de damno infect.* Præterea in institutione hujusmodi nedum interveniebat conditio, sed etiam tempus ad deliberandum coactabatur, sublato beneficio abstinendi, quod suis hæribus in perpetuum ius prætorium concedit, l. *Necessarius 57. ff. de acquir. hæredit.* Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. 9. num. 22.*

Ibi: *Cernere est verba cretionis dicere.*

6 Quæ adeo necessariò ab eodem hærede proferri debebant, ut mutus, aut infans, quia fari nequivent, per cretionem inutiliter instituerentur Pichard. in d. §. *Item extraneus,* num. 53. Olan. cum aliis sup. n. 1. etiæ alias mutus recte institueretur, l. 1. §. *Mutus, ff. de hæred. inst.* & gerendo se pro hærede acquirere hæreditatem, l. *Mutum. 5. ff. de acquir. hæred.* Quod de infante prædictum est, intelligi debet de eo qui fari non vallet; etenim si verba cretionis proferre posset, non prohibebatur hæres instituti sic, etiæ non intelligeret quod agebatur, modo tutoris authoritas intercederet argumento legis *Pupillus 9. ff. de acquir. hæred.* l. *Servi in vita 65. §. Si pupillo, ff. ad Trebell. Olan. num. 51.*

Ibi: *Cum me Mevius hæredem instituerit.*

7 Quæ verba coram testibus pronunciabantur, ut ex Varrone inferius D. Covarr. obseruat, eoque refert Rævard. d. cap. 8. illud Ciceronis ad *Atticum* lib. 13. ubi sic scribit: *Ex eo cognovi cretionem Cluvii (b. Vestitorum negligentem) liberam testibus praesentibus sexaginta duobus.* Briffon. sup. verbo *Cernere.* Petr. Fab. d. cap. 22. Hæreditatisque apud Prætorem cernebatur, *Glossa in d. l. Cretionum,* & sentit Rævard. d. cap. 8. in prime. Vide laudatos supra, num. 1. & 3. Alciat. *disjunction. lib. 3. cap. 7.* Est enim aditio, seu cretio actus, qui

inter legis actiones numerantur in l. *Aetus legitimus 77. ff. de reg. jur. Rævard. ubi nuper.*

Ibi: *Cretio autem vulgaris dicitur,* aut continua.

Inter quas hoc etiam interest, ut in vulgariorum 8 labantur dies iis quibus ignorantia juris non impunitatur ad culpam, ut militibus vel minoribus cum cretione institutis unde si errantes in jure sinerent præterire tempus à testatore præfinitum ad cernendum, eis non nocebit: quod aliter in continua cretione habebatur; nam & ei personis tempus labebatur, ita ut restitutio indigerent, ad acquirendam cernendo hæreditatem. *Retes sup. d. lib. 5. cap. 3. num. 6.* Continuam cretionem simplicem dixit Cicer. ad *Attic.* lib. 11. ibi: *Galeonis hæreditatem crevi;* puto enim cretionem fuisse simplicem, quoniam ad me nulla missa. Quem ita intelligit Rævard. sup.

Ibi: *Hæc sunt Ulpiani verba.*

Sed in §. ult. d. tit. 22. de imperfecta cretione 9 ita addit Ulpianus: *Si sub imperfectam cretionem hæres institutus sit, id est, non adiectis his verbis: Si non creverit, exhaeres esto; sed si ita. Si non creveris, tunc Mevius hæres esto, cernendo quidem superiori inferiorum excludit, non cernendo autem, sed pro hærede gerendo, in partem admittit substitutum.* Sed postea D. Marcus constituit, ut pro hærede gerendo ex aße hæres fiat. *Quod si neque creverit, neque pro hærede gererit, ipse excluditur, & substitutus ex aße fit hæres.*

Ibi: *Quibus mirè convenient.*

Hujus testimonii Isidori haud pauci ex laudatis 10 suprà, num. 1. & 3. meminerunt, ut Briffon. verbo *Cernere.* Lexic. Calvin. ibid. Cujac. d. c. 18. qui cum D. Isidoro cernere, quasi decernere dixit.

Verbum Cerno, etiæ alias multipliciter accipiatur, prout vide licet apud Calepin. verbo *Cernere,* & Cornucop. *commentar. ling. Latin. col. 646.* num. 40. in Jure tamen usurpatum pro solemnni acquisitione hæreditatis, quae per cretionem relata dicitur: sed diversimode ab interpretibus exponitur, sicut ex dicendis apparebit. Illud observantum est, quod etiæ cretio sublata non fuerit, sed solemnis ritus duntaxat, ut ostendimus sup. num. 2. tamen cretionum nomen simul cum ritibus abolevit, Donell. lib. 7. cap. 8.

Ibi: *Hac ratione veteres.*

Similiter Petr. Fab. *semestr. lib. 2. cap. 22. testa-* tur, veteres glossas cernere pro adire usurpare, & ita tradit Calepin. verbo *Cernere,* & verbo *Crevi-* præter *Jurisperitos,* quos dedimus sup. num. 2. etiæ Joseph. Scaliger ad *Fest. Pompei.* ibi *crevi,* impræter pro *adii,* positum dicat: quem locum refert Calepin. verbo *Crevi,* & Vin. ubi sup. & cernere, ac adire idem significare constat ex D. Ambros. lib. 9. epistolar. dum inquit: *Tanquam clavis ergo tabulis cernit hæreditatem, non possidet, auctoritatem non habet lectio.* Quintilian. in *declamat.* cui titulus est, *Aequatio patrimonii,* ibi: *Que ratio relinquenda hæreditatis erit?* que ratio testamentorum? cum is qui creverit hæreditatem, continuo non sit plus habitaturnus, quam cœ- teris.